Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Omnipotens sempiterne deus cui spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur
et regitur exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes ut gratie tue munere ab omnibus tibi gratis
fideliter seruatur. Leuate. P. dnm. n.
Oremus et pro christianissimo rege nostro ut deus et dominus noster
subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad
nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. Omnipotens
sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates
et omnia iura regnorum respice ad christianum benignum
imperium ut gentes que in sua feritate confidunt
potentie tue dextera comprimantur. Leuate. P. d.
Oremus et pro catecuminis nostris ut deus et dominus noster
adaperiat aures pietatis cordium ipsorum ianuamque miseri
cordie ut per lauacrum regenerationis accepta
remissione omnium peccatorum et ipsi inueniantur
in xpo iesu domino nostro. Oremus. Flectamus genua.
Omnipotens sempiterne deus qui ecclesiam tuam noua semper pro
fecundas auge fide et intellectum catecuminis
nostris ut renati fonte baptismatis adoptionis
tue filiis aggregentur. Leuate. P. Oremus
dilectissimi nobis dominum patrem omnipotentem ut
cunctis mundum purget erroribus morbos auferat famem depellat aperiat carceres uincula
dissoluat peregrinantibus reditum infirmantibus sanitatem naufragantibus portum salutis in